viter ad culturam redatis: horum enim Decimae, ac Primitiae ex novis proventibus manantes pro una Regio Fisco, et pro altera medietate cuilibet ex proprietariis addictae, ut supra, censeri debent.

Mandamus insuper tempus solutionis medietatis Decimarum, ac Primitiarum Regio Fisco tribuendarum ex antedictis fundorum annuis proventibus initium habere debere à die tantummodò datae praesentium Nostrarum Litterarum, ut hâc methodo nullus alicui ambigendi locus remaneat.

Quocircà omnibus, et singulis Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, et Episcopis, nec non dilectis Filiis locorum Ordinariis, in Hispaniarum Regnis, ac insulis adjacentibus, et Canariis insulis existentibus, per hasce Nostras Apostolicas Litteras committimus, ut in iis contenta quaecumque debitae exequutioni perpetuò integrè, et fideliter mandari curent, ac mandent: in quem finem cuilibet eorum necessarias, et opportunas in propria uniuscujusque Dioecesi, seu territorio exercendas facultates impertimur, et ipse quâcumque eveniente quaestione super praemissis Decimis, Primitiis, et Novalibus Aerario Regio per Nos antedictâ formâ tributis, cunctum negotium, auditis interesse habentibus, ac verificatis verificandis, absque ullo strepitu et figura judicii infra quadragintâ dierum terminum summariè cognoscere, ac plenariè decidere valeat, et debeat. Quod si respectivorum Ordinariorum judicio partes non acquieverint, tunc in secunda instantia deducenda erunt earum jura coram Tribunali Gratiae vulgo dell' Excusado nuncupato, cui adstant Cruciatae Generalis Commissarius, tresque Judices Ecclesiastici unà cum aliis Judicibus adscitis ex Regis adprobatione. Libera tandem erit ab hujusmodi Tri-

ra pastos, de las heredades nuevamente reducidas á cultivo, pues los Diezmos y Primicias procedentes de sus nuevos productos deben entenderse aplicados por una mitad al Real Fisco, y por otra mitad á cada uno de los propietarios, segun queda arriba prevenido.

Mandamos ademas de esto, que el tiempo del pago de la mitad de Diezmos y Primicias, que deberán satisfacerse al Real Fisco de los insinuados productos anuales de las heredades, deba empezar á correr solo desde el dia de la data de las presentes Letras nuestras, á fin de que asi no quede lugar á nadie para dudar ó dificultar cosa alguna en esta parte.

En cuya atencion, por estas nuestras Letras Apostólicas, damos comision á todos y á cada uno de nuestros Venerables Hermanos los Arzobispos y Obispos, y tambien á los amados hijos los Ordinarios locales existentes en los reinos de España é islas adyacentes, inclusas las de Canarias, para que cuiden se mande, y manden poner en su debida egecucion perpetua, entera y puntualmente todo su contenido; á cuyo efecto damos á cada uno de ellos las facultades necesarias y conducentes para egercerlas cada cual en su peculiar diócesis ó territorio; de suerte que, en el caso de sobrevenir qualquiera cuestion acerca de los enunciados Diezmos, Primicias y Novales que por Nos se han concedido al Real Erario en la forma arriba dispuesta, pueda y deba conocer sumariamente de todo el negocio, y decidirle difinitivamente con audiencia de los interesados, y sabida la verdad del hecho, sin ningun estrépito, ni figura de juicio, en el término de cuarenta dias. Y si las partes no se conformaren con la decision de los respectivos Ordinarios, en tal caso deberán exponer sus derechos en segunda instancia al Tribunal llamado de la Gracia del Excusado, compuesto del Comisario general de Cruzada, y de